

MEDIEVAL INSTITUTE LATIN EXAM, SPRING 2022

The exam consists of **three passages**.

The **first** is a passage for unaided translation, i. e., it must be translated without a dictionary or any other kind of aid.

In your translation of the **second** and **third** passages you may make use of **any instruments** you wish (dictionaries, grammar books, Latin Bible, etc.).

You will be allowed **three hours** for this exam.

Please write your translation on **lined paper**, skipping **every other line**, **numbering** the pages consecutively, and labeling each with your **exam number**; please leave **wide margins** and use only **one side** to facilitate photocopying!

☞ **You are not permitted to use a computer during the exam period.**

To pass the exam:

- You must translate the **entire** passages (apart from possible minor omissions).
- The translation must show a good **overall understanding** of the text.
- The **syntactical structure** of the majority of single sentences must be correctly rendered.
- There should be very few grave errors in the translation of single **word-forms** (tense, number, case, etc.) per passage.

Please produce an intelligible and grammatically correct English translation. If necessary, add a more literal translation in brackets or notes to show your understanding of the Latin text.

Procedure: After each paper has been graded independently by the members of the MI Latin Exam Committee, the Committee will determine your final grade (**pass/fail**). You will be informed of the result by the Director of the Medieval Institute or the DGS of the Department of History.

Please schedule an appointment with the Chair of the Committee (hmuller@nd.edu) to discuss your exam paper!

PASSAGE NO 1: UNAIDED PASSAGE

Anselm of Canterbury, Proslogion 1: Exhortation of the mind to the contemplation of God

Eia nunc ergo tu, Domine Deus meus, doce cor meum ubi et quomodo quaerat ubi et quomodo te inveniatur. Domine, si hic non es, ubi te quaeram absentem? Si autem ubique es, cur non video praesentem? Sed certe habitas “lucem inaccessibilem”. Et ubi est lux inaccessibilis? Aut quomodo accedam ad lucem inaccessibilem? Aut quis ducet et inducet in illam, ut videam te in illa? Deinde quibus signis, qua facie te quaeram? Numquam te vidi, Domine Deus meus, non novi faciem tuam. Quid faciet, altissime Domine, quid faciet iste tuus longinquus exsul? Quid faciet servus tuus, anxius amore tui et longe “proiectus a facie tua”? Anhelat videre te; et nimis abest illi facies tua. Accedere ad te desiderat; et inaccessibilis est habitatio tua. Invenire te cupit et nescit locum tuum. Quaerere te affectat et ignorat vultum tuum. Domine, Deus meus es et Dominus meus es et numquam te vidi. Tu me fecisti et refecisti et omnia bona tu mihi contulisti et nondum novi te. Denique ad te videndum factus sum et nondum feci, propter quod factus sum. O misera sors hominis, cum hoc perdidit, ad quod factus est!

1 *eia* come on!

7 *anhelo* to long, desire

8 *affecto* to strive, endeavor

3 *lucem inaccessibilem*: cf. 1 Tim. 6:16

6 *proiectus a facie tua*: cf. Ps. 50:13

PASSAGE NO 2: FIRST AIDED PASSAGE

Bede the Venerable, *Historia ecclesiastica gentis Anglorum* 3.12: A miracle at the tomb of Saint Oswald

Sequente dehinc tempore fuit in eodem monasterio puerulus quidam, longo febrium incommodo graviter vexatus. Qui cum die quadam sollicitus horam accessionis expectaret, ingressus ad eum quidam de fratribus: “Vis,” inquit, “mi nate, doceam te, quomodo cureris ab huius molestia langoris? Surge, ingredere ecclesiam, et accedens ad sepulchrum Osualdi, ibi reside, et quietus manens adhaere tumbae. Vide, ne exeas inde, nec de loco movearis, donec hora recessionis febrium transierit. Tunc ipse intrabo, et educam te inde.” Fecit, ut ille suaserat; sedentemque ad tumbam sancti infirmitas tangere nequaquam praesumpsit; quin in tantum timens aufugit, ut nec secunda die, nec tertia, neque umquam exinde eum auderet contingere. Quod ita esse gestum, qui referebat mihi, frater adiecit, quod eo adhuc tempore, quo mecum loquebatur, superesset in eodem monasterio iam iuvenis ille, in quo tunc puero factum erat hoc miraculum sanitatis. Nec mirandum preces regis illius iam cum Domino regnantis multum valere apud eum, qui temporalis regni quondam gubernacula tenens, magis pro aeterno regno semper laborare ac deprecari solebat.

2 *accessionis* the onset of the fever

7 *quin* rather

7 *in tantum* adv.: so much, to such a degree (connect with *timens*)

10 *regis illius*: i.e. Saint Oswald, who was king of Northumbria from 634-641/642

PASSAGE NO 3: Second AIDED PASSAGE

Hrabanus Maurus, c. 9: a prayer.

Omnipotens genitor, qui rerum es maximus auctor,
Vivificans cuncta, vita beata deus,
Respice me miserum, flenti et miseratus adesto,
Qui graviter peccans aeger in orbe dego.
5 Eripe me his, invicte, malis, procul omnia pelle,
Quae mentem et corpus crimina dira tenent:
Lingua, mente, manu commisi noxia multa,
Textus evangelii quaeque vetare solet.
Nunc, deus alme, tuum famulum pietate sueta
10 Conversum recipe, quem dolor excruciat.
Sana contritum, flentem solabere maestum,
Commutans lacerum iam facias placidum.
Daque fidem plenam, da spem, da pignus amoris,
Mandataque tua corde manuque geram.
15 Cumque velis vitae finem, finemque laboris
Imponere, servo tunc miserere tuo:
Dum iudex venias meritorum iura rependens,
Iustifices servum tunc, precor, ipse tuum,
In dextra ponens, cum iustis praemia reddens,
20 Cernam quod vultum lucis in arce tuum.

11 *solabere* translate as an imperative.

17 *dum* when

19 *in dextra ponens*: According to Matthew 25:31, the righteous will be set on the right hand of God in the final judgment.